

/ Magnifice Domine, Accepi his diebus ex munere tuo, sed absque litteris, quatuor exempla libri mei de Officio Principis christiani, duo nova breviaria, et librum de exorcismis. Pro omnibus gratias ago: quamvis mihi gratius fuisset, si unum tantum, vel ad summum duos misisses ex libris meis in tua officina recusis: brevioriis, aliisque libris non indigeo. Non ero prolixior, quia neque habeo quod scribam, et bene occupatus ad bene occupatum scribo. Vale. Ex Urbe, die 2^o junii 1620.

Arch.^Vat.Gesuit.18 fol.30. Minute autog.